



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XX. An Sancti in coelis degant cum Christo Beati: & vnde censeantur beati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

2. Cateri fabulantur, quod dicitur *Caro Christi seipsum excitauit*. Et Petri, quam Christi, pene mirabiliter esse resurrectionem; certe discrimen nullum.

3. CALVINVS negat, quod seipsum Christus in vitam reuocauit; Patri interuenire operam oportuit.

4. MARTYR: Angeli indigebant auxilio, qui lapidem remoueret. &c. Vide meum Lutherocal. p. i. q. 66. Et Antichristum q. 17.

PAPISTA. Quatuor hic in quaestione vocari videntur: An, Qualis, Quatenus, Quare resurrexit IESVS?

1. An? Luc. vlt. Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis.

1. Ob iustitiam Dei, ut qui humiliatur a te, exaltaret eum.

2. Ob Fidem. 1. Cor. 15. Si Christus non resurrexit, inanis est praedication nostra, inanis est & fides vestra.

3. Ob spem. Job. 19. Scio, quod Redemptor meus vivit.

4. Ob mores Rom. 6. Quomodo Christus resurrexit per gloriam Patris; ita & nos in nouitate vita ambulemus.

5. Ob salutem nostram. Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra; & resurrexit propter iustificationem nostram. Ista D. Th. 3. q. 53. a. 1. Itaque 1. Cor. 15. Christus surrexit a mortuis, primitio & dormientium: Gloria: Quia prius tempore & dignitate surrexit.

Et quidem ibid. art. 4. Sibi ipse causa resurrectionis fuit, idque per virtutem unitate Diuinitatis cum Corpore & Animā. Hinc 2. Cor. vlt. Et si crucifixus est ex infirmitate nostra Sed vivit ex Virtute Dei.

2. QVALLIS? Respondet D. Th. 3. q. 54. a. 1. Vero cum Corpore. Quia vera, & non apparens solum, fuit resurrectio. Vnde existimantibus se spiritum videre, dixit. Luc. vlt. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis.

habere: quod ad omnem spiritus nūtum paret spiritale, & glorificatum, in omnem locum, figuramque sequax; prout spiritus voluerit. Item art. 3. Idem quoque gloriosum surrexit ita, sicut Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrae configurationem corpori claritatis sue.

Idem surrexit, art. 4. Integrum ad perfectissimam naturae humanae integritatem; ut Necessarium quoque sanguinem profusum, (etsi non item Nutrimentalem omnem) resumplerit totum: ut quicunque Diuinitas inseparabiliter manserit hypostaticè adunita.

3. QVATENVS resurrectionem manifestauit D. Th. 3. q. 55. ex Act. 10. Dedit eum manifestum fieri Non Omnipotens, sed Testibus praordinationis à Deo. Idque Act. 1. Per XL dies in multis argumentis, quens de regno Dei.

Quod dicere possent, 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimus, & manus nostras cœctauerant; hoc testamur.

4. QVARE? Ad resurrectionem nostram. &c. Vide Dju. Thom. 3. questiones 56.

CADVT sua Membra sequuntur; CHRISTVS Beati. De hisce igitur porrò disquiramus, ordinem ipsius poscente Ecclesia Triumphantis.

V. DE CVLTV SANCTORVM.

QVÆSTIO XX.

An Sancti in cælis degant cum Christo habent? Et unde cœlantur beati?

I. HÆ



I. HÆRESIARCH. Ante extremum Iudicii diem beatitudinem Sanctis ab iudicarentur Tertullianus, Vigilantius, & Armeni, Guidone teste in Summa de her. & Græci apud D.Tho. Opus. 6.c.9.

DE LUTHERO-CALVINISTIS vide supra q. 17. & in Luther. c.q. 67. & 73.

PAPISTA. Scripturæ sacræ sensu, consensuque standum perpetuo Ecclesiæ est. De Scripturis vide in meo Anti-christop. l.q. 21. Consensus Ecclesiæ constat Tum à SS. Patribus orbis utriusque Christiani, apud Bell. l.1. de Sanctis. c. 4. & s. Quique ibidem, c. 3. videntur Sanctis felicitatem Deique visionem abdicere; ij omnino de consummata illa, post sæculi consummationem futurâ, loquuntur.

Tum etiam duo Generalia sic statutæ Concilia Florentinum, & Tridentinum sess. 25. Sic & Papæ, vt Innocentius III. Benedictus XII. Huius prædecessor Ioannes XXII. Sensit aliquando contrarium; sed vt Doctor; definitiū nihil, quin successoribus suis suam submisit sententiam. Qua in causa vide mendacia Caluini quina in meo Mendace An tipap. p. 1. q. 5.

II. HÆRESIARCH. Ioannes VVicleffus, plurum conditorum parentesque hæretorum, teste Thoma Valdensi; tom. 3. de Sacram. l. 1. c. 122. dixit, dum in Sanctorum Alibum refert aliquos Pontifices, cum errerent non posse, quam Presbyterum Ioannem Regem Aethiopicæ, vel Turcam, aut Sultzanum.

LUTHERVS & CALVINVS, cæterique Novatores hunc gnauiter sunt imitati: vt in parte 2. patet infrā. Item Pet. Martyr & Aretius in 1. Cor. 1. dicinon ferant Sanctos seu cœlestes, seu Purgatoriōs.

PAPISTA. 1. Si hac in re fallere, faliue posset Ecclesia, iam, 1. Tim. 3. Veritatis columnarueret; nutaret, Eph. 4. firmamentum suam desereret Sponsam Christus. Nec, Ioan. 16. omniem necessariam

Veritatem doceret Spiritus S. Nec in Successoribus suis Petrus paſceret oves suas pabulo necessariæ certæque salutis.

2. At verède Sanctorū festis S. Bern. Epist. 174. ad Lugdun. ait: *Quæ accepi ab ecclesia, securus teneo, & trado.*

Et S. Aug. epist. 118. c. 5. *Si quid tota per orbem frequentat Ecclesia; quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima insanie est.*

3. Accedit diligentissima, quæ in canonizandorum vitam, mores, dicta, factaque sit inquisitio. Deique per ieunia precesque publicas reconciliatrix inuocatio; vt de canonizato dubitare fas sit nemini; quin sit inuocandus: ergo minus an sit Sanctus.

4. Adhæc tenemur obsequi Papæ, dies festos indicenti: Ergo & Sanctos declaranti credere tenemur. Neu pro Sanctis orando, ipsis iniuriam irrogeamus. Nam, ait August. ser. 17. de Verb. Dom. *Iniuriam facit Martyri, qui orat pro martyre.*

5. Credemus historiographorum narrationi; non crederemus summi Pastoris declarationi? Præsertim attestantibus miraculis, & accuratissima singulorum prævia attestatione facta?

Obiiciunt ex Augustino: *Multorum corpora honorantur in terris; quorum anime torquentur in gehenna.*

1. Sed hoc ubi habet Augustinus? Sit tamen cuiuscunque Christiani;

2. Verum est de monumentis Alexandri, Cæsaris. &c. similiq; mausoleis & pyramidibus.

3. Verum est & de Lutherο; cuius vasta & crastla statua in Francofurdiāo mercatu fuit spectaculo; quam non nisi pre-



pretio annumerato spectare licebat.

4. Quid? Sturmius de famato Luthe-
rano scripsit ad Caluinum: *Vsque adeo*
φλογεθησος est, ut vel crepidas eius adoran-
das putet. Quin ipse Lutherus in Col-
loq. mensal. vaticinatus est, suum à suis o-
letum olim adorandum fore. Prò propudi-
um bestiæ!

Quid, quod idem quoque Melanch-
tonem canonizarit.

Vide plura talia in meo *Lutherio-c.p.1.*
quest. 74. inque Mendace Antipap. parte I.
quest. 5.

III. HÆRESIARCH. 1. BOGOMILI. Sanctos appellari vertabant cum prefatione Sanctitatis: sed dici Petrum, Paulum, Laurentium.

2. Michaelus Imp. in Miscellaneis vertuit pictis sculp-
tisue Sanctorum imaginibus subscribi *Santus Specie-*
terinus, quod is solius esset Dei titulus.

3. Successores ac hæredes impietatis eiusdem fuc-
re Isauricus, & Copronymus iconomachi.

LUTHERO-CALVINISTÆ cum peragre fe-
rant sanctissimum Dei Nomen Iesu: quem
admodum ferant illud Diuorum Sanctus? Vide
in meo *Lutherio-c.p.1.q.74.*

PAPISTA. Ibidem abundè respon-
sum; fauente Apostolo, Hebr. 13. *SAN-*
CTI mei vicerunt regna, operati sunt iustiti-
am, adepti sunt reprobationes in Christo
IESV.

QVÆSTIO XXI.

An, & qualis Cultus ac Invocatio Sanctis
debeatur?

I. HÆRESIARCH. Sanctorum Cultum abrogan-
dum censuerunt olim & impugnarunt com-
plures: ut *Eustathius*: apud Socratem lib 2. hist ca. 33.
qui semiarianus Episcopatu deicetus Macedonio ad
hærescebat, anno 365. damnatus est.

Successit ei *Manes*, *Eunomius* & *Vigilantius* in hæ-
resi, apud *S. Hieronymum*: Deinde alii: demum *VVi-*
clefus apud Thomam *VValensem*, tom. 3, de Sacra-
ment. tit. 13.

LUTHERANI & CALVINIANI sòpitos susci-
tant ignes, damnataeque saepius hæresios cada-
uera ex orco refodiunt.

PAPISTA. Abrogare contendunt
Sanctorum Cultum; quem derogare
Deo non docent.

At nos, ait ante 1400. annos Iustinus
in 2. Apolog. & Deum, & eius Filium, qui
venit, nosque hec docuit: & aliorum sequen-
tium similiusque Angelorum honorum ex-
erxit colimus & adoramus, verboque & n-
scu veritate veneramur. Idque omnibus, qui
discere volunt, ut docti, institutique sumu-
cipiosè TRADIMVS.

Theodoreetus 1.8. *Suos mortuos Deuis*
templa pro Djs vestris induxit: Ac illos quidem
cassos gloria, vanosque reddidit; suis at-
*tem Martyribus honorem illorum dedi-*ta-**
*lem, inquam, qualem in meo *Luther-**
calu. p. 1. q. 73. docui.

Atque ut ait *S. Hiero. epist. ad Ripa*
rium, Honoramus seruos, ut honor seruorum
redundet ad Dominum.

Quodigitur ethnicis: Angelorum
cultum exprobrantibus respondit Aug-
ustinus in Ps. 96. idem & nos Hagiomachis no-
stris: *Vtinam & vos illos colere velleis: Fa-*
cile enim ab ipsis disceitis, non illos colere &
Deos; sed ut Sanctos.

II. HÆRESIARCH. *Gallyridiani* docebant, Do-
param non fecus, ac Deum invocandam esse, teste E-
piph. ber. 78. 79. *Vigilantius*, teste *S. Hieronymo*. in
tra ipsum aiebat: Nullius post mortem preces prosl
tero exauditi, nec mortuos orare pro viuis Ideo ne-
quicquam invocantur. *Eustathius* basilicas many-
rum & reliquias contemnebat: de Invocatione noster
eo constat.

Hos imitati sunt Henriciani, Apostolici, *VVal-*
denses, *VVicief*, *Thaborites*, *Hufs*. *VViciefi* vox e-
rat: *Licita invocatio est; sed inutilis est. Stultum aut*
scuras principis, hoc per se ad audiendum inclinatis,
Stultum, turbidos feciarinius; fonte cuius patens.

LUTHERVS in Li. ad *VValdenses*; *Melancthon* in A-
polog. a. 21. Conf. *Ang. Brentius* c. 24. Conf. *VViciefi*.

CAL.

